



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt IV. De Transsubstantiatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

a. Matth. 26. Marc. 14. a de manu Domini Apostoli susceperūt, cum verè tamen ipse affirmaret Corpus suū esse quòd prebebat. & semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem

b. infra Can. 1.

b verum Domini nostri Corpus, verumq; eius Sanguinè sub panis & vini specie vnà cum ipsius anima & diuinitate existere; sed Corpus quidè sub specie panis, & Sanguinem sub vini specie, ex vi verborum; ipsum autem Corpus sub specie vini, & Sanguinem sub specie panis, animamq; sub vtraque, vi naturalis illius connexionis & concomitantia, qua partes Christi Domini, c qui ià ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur: Diuinitatem porro propter admirabilem illam eius cum corpore & anima hypostaticam vnionem. Quapropter verissimum est, d tantundem sub alterutra specie, at que sub vtraq; contineri. totus enim & integer Christus, sub panis specie, & sub quauis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie & sub eius partibus existit.

e. Rom. 8. c. simul Christi, c. ceteratur e. singuli. & c. qui manducant, de cons. dist. 2. infra Can. 3. d. Sess. 22. c. 3. Vide Homil. 3. de pascha. inter eas qua Euf. Emissiono ascribuntur. & de cons. dist. 2. ubi pariter est, & c.

REMISSIONES.

a. Vide P. Henricq. in sum. lib. 8. cap. 20. §. 3. lit. R. & ca. 26. §. 2. lit. N. & R. Bald. Iunium super opera controuerf. Bellarm. p. 2. lib. 3. c. 5. P. Gabri. Vasquez in 3. p. D. Thomæ, tom. 3. disp. 186. nu. 5. P. Regid. de Sacram. q. 76. n. 2. cum seqq. & q. 79. n. 35. Cardin. Bellarm. lib. 4. de Eucharist. cap. 29. & 30. P. Soar. tom. 3. disp. 39. sect. 2. P. Valeri. Regii in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 4. & 5. Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Euchar. cap. 7. concl. 1.

CAPVT IV.

De Transsubstantiatione.

e. I. nec 21. Ioan. 6. 2. Cor. 13.

b. Quoniam autem Christus redemptor noster, Corpus suum id, e quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit; idèd persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idq; nunc denuò sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini conuersionem fieri totius substantiæ f panis in substantiam Corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam Sanguinis eius. quæ conuersio conuenientèr & propriè à sancta Catholica Ecclesia Transsubstantiatio est appellata.

f. c. panis. de cons. dist. 2. c. cum Mar. abn. de celeb. mis. infra Can. 2. in 2. Later. Conc.

REMISS.

REMISSIONES.

Concordat text. in cap. Panis, de consecrat. distinct. 2. ca. Cum Marthæ, de celebrat. Missar. Vide P. Henriq. in sum. p. 2. li. 8. c. 22. P. Vasquez in 3. p. D. Thom. to. 3. q. 75. disp. 181. P. Egid. de Sacram. q. 75. n. 49. cum seqq. & à nu. 171. tom. 1. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 29. à nu. 34. P. Valent. tom. 4. disp. 6. qu. 3. 4. & 5. P. Soar. tom. 3. q. 38. Petr. Ledel. in sum. p. 1. tract. de Eucharist. cap. 6. concl. 1. cum seqq.

CAPIT. V.

De cultu & veneratione huic sanctissimo Sacramento exhibenda.

Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, *a* quin omnes Christi fideles pro more in Catholica Ecclesia semper recepto, *b* latrice cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. neque enim ideò minus est adorandum, quòd fuerit à Christo Domino, ut sumatur, institutum. nam illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum, dicit: *b* Et adorent eum omnes Angeli Dei. quem Magi procidentes adorauerunt; *c* quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura testatur. Declarat præterea sancta Synodus, piè & religiosè admodum in Dei Ecclesiam dinductum fuisse hunc morem, ut singulis annis, *d* peculiari quodã & festo die præcellsum hoc & venerabile Sacramentum singulari veneratione ac solemnitate celebraretur, *e* et utq; in Processionibus reuerenter & honorificè illud per vias & loca publica circumferretur. Equissimum est enim, sacros aliquos staturos esse dies, cum Christiani omnes singulari ac rara quadam significatione gratos & memores testentur animos erga communem Dominum *f* & Redemptorem pro tam ineffabili & planè diuino beneficio, quo mortis eius victoria & triumphus repræsentatur. Atque sic quidem oportuit victricem veritatem de

a infr. can. 6.
b Psal. 96.
Heb. 1.
Matth. 2.
c Matth. 28.
Luc. 24.
d Urban.
Pap. citatus
Clementina.
rum li. 3. de
reliq. & ven.
sanct.
e Infr. can. 6.
f Cor. 15.
Heb. 2.

H 5 men-